

**A** Secundo differunt; quia quoties ars & natura ad opus aliquod faciendum conspirant, ars perficit naturam, vt docet *Arist. c. 8. lib. 1. Physic. text. 79.* Præterea, ars obtinet locum lucis & regulæ; natura verò quæ formatur ac regitur, vt patet in eo qui arte canit. Nec tamen propterea simpliciter asserendum est, artem præstare naturæ, vt aduertit *Plotinus Enn. 4. lib. 1. c. Galen. lib. 6. de morbis vulgaribus comment. 9.* Licet enim effecta naturæ, vt vox & pedum agitatio, ab artis præscriptione modificentur; simpliciter tamen suum esse à naturâ capiunt.

Tertio; quia vt *D. Thomas 2. contra gentes cap. 76.* ait formæ per artem inductæ, artis actionem non consequuntur, sicuti formæ à natura editæ. Nec enim domus aliam domû, quemadmodum equus equum alium progignit. Huiusce autem discriminis ratio est, quia naturalis formæ, vt eundem in progenitore & in re genita essendi modum obtinet, ita eandem fortijuntur agendi vim: at artificiosæ aliter in mente ideaque artificis, aliter in rebus ipsi factis insunt, vt planum est.

Quarto; quia cum forma rei quæ interit, in instanti generationis ableceat, vel extingatur, simulque omnia illius accidentia aboleantur, artis actionem non consequuntur, sicuti formæ à natura editæ. Nec enim domus aliam domû, quemadmodum equus equum alium progignit. Huiusce autem discriminis ratio est, quia naturalis formæ, vt eundem in progenitore & in re genita essendi modum obtinet, ita eandem fortijuntur agendi vim: at artificiosæ aliter in mente ideaque artificis, aliter in rebus ipsi factis insunt, vt planum est.

**B** Quinto; quia vt obseruat *Plotinus cap. 1. lib. 8. Ennead. 3. c. Aueroes in sua paraphrasi lib. de ortu & interitu* ais in externa superficie præcipue versatur; quia videlicet externam faciem & elegantiam potissimum affectat. Natura verò in abditioribus elaborandis impensus occupatur; vt quæ rebus magis necessitaria, ac potioris momenti sunt, proindeque ab optima parte curari magis debeant.

Sexto; quia formæ naturales sunt actuosæ, & quasi viæ: formæ verò artefactorum tanquam stolidæ & emortuæ, nullam effectricem vim habentes, vt potere quæ nihil aliud sint, quam compositio, ordo & figura, seu modus quidam ac determinatio quantitatis; vt constat ex his, quæ docuit *Arist. 1. Physic. c. 5. text. 46.* Ideoque vt quantitas suopte ingenio est ignaua & iners, itaque à natura, quasi altera materia ad sustinenda accidentia, ita formæ per artem inductæ, nullam ex se ad agendum efficacitatem obtinent. Atque hinc est, quod res naturales possunt habere in se motionis & quietis principium; artefactæ verò, quæ tales, non item: teste *Arist. lib. 2. Physic. cap. 1. 6. Ethic. cap. 4. c. 12. Metaph. cap. 3. text. 1. 4.*

**C** *Ethic. cap. 4. c. 12. Metaph. cap. 3. text. 1. 4.*

#### ARS NATURÆ OPERAN PRODVCA.

Vt ea quæ de artis naturæque conuenientia & discrimine tradidimus, apertiora fiant, expendendum hoc loco erit, possit ne ars naturæ opera efficit; Quod enim possit, videtur ostendi in primis; quia (vt alia huiusce generis complura omitta- mus) Dædali statua (sicuti *Arist. 1. Polit. cap. 3. c. 1. de anima c. 3. text. 44. c. Plato in Menone* aiunt) huc illic sponte discurrebant. Item, quia legimus apud *Philostrophum in Apollonij Tyanei vita*, tripodas quosdam aureos in Iarchæ gymnosophistæ conuiuio seiplos notasse, & aures pincernas conuiuui operam suam præstitisse. Item, quia, (teste *Fauorino apud Gell. lib. 10. NoB. Attic. cap. 12.*) Architas columbam ligneam confecit, ponderibus atque aura intus inclusa ita librata, vt medio ære suspensa volitaret. Deinde quia notum est, Archimedem sphaeram vitream fecisse, vbi aliorum ortus & obitus defectus

**D** solis & lunæ, & denique omnium cælestium sphaerarum syderumque conuersiones, rara ordinis constantia & æquabilitate distinctæ viscebantur: quod humani ingenij miraculum, imitatus postea est Possidonius vt testatur *Cic. lib. 2. de natur. Deor.*

Nihilominus dicendum, neque artem, neque formam artificialem posse vi sua (quia vi aliena, applicanda actiua passiuus, quomodo in medicina, herbarum natia virtute ægris corporibus medemur) aliquod naturæ opus producere. Formis enim artificialibus nulla ad agendum vis inest, neque per se vllum motum concitare valent, quamuis illi modum aliquem addere possit, vt fit in saltatione.

De Auto per chymicam artem producto, an verum illud haberi debeat, nec ne, variæ sunt sententiæ. Affirmatiuam tenent *S. Thomas 2. 2. q. 77. Albertus M. lib. 3. de Mineral. cap. 9. Zimara Tract. de differ. nat. & art. Mirandulan. lib. 9. de euryf. singul. certam. scil. 7. videatur Comment. Conimbr. lib. 2. Physic. c. 1. quest. 7.*

#### \* NATURÆ DEFECTVS SVPLERE, COMPENSARE. E

*Putra alterius membri, aut rei vsu extraordinario.*

Miram natura cum prouidentiam, tum sollicitudinem, quæ de defectu vnus membri & functionis, alterius dexteritate compensat, nonnulla exempla adstruunt. Narrat *Philippus Camerarius Cent. 1. her. succissi c. 37.* vidisse se Comburgi, quendam Thomam Schibeicherum, natum xxxi. annos, & quidem honestis parentibus, quem licet mater sua absque brachijs in lucem enixa fuisset, omnia tamen munia manuum, pedum inquit subsidio illa exequabatur, vt quod in vno desideraret, in altero compensatum sibi esse affirmare non erubesceret. Nam cum in editiore loco, qui æquaret altitudinem tabulæ, in qua esculenta apposita erant, confedisset, apprehenso pedibus cultro, scindebat panem, & alios cibos: pedes ea postea, nec non & potum, veluti manus ori porrigebant; peracto prandio pedibus pingebat nobis omnibus videntibus tam elegantes Latinas & Germanicas litteras, vt exemplar earum, quasi rem insolitam nobiscum sumperimus. Postulantibus etiam nobis, cultello parabat calamos ad scribendum aptissimos quos postea nobis donabat. Quum esset ita occupatus, diligenter inspexi formam pedum, quorum digitus erant ita oblongi, & ad res tenendas apti, vt procul aspicientibus manus (pallio enim suo vt recundè admodum curra tegebat) viderentur. Hoc spectaculum nobis sanè iucundum, & antea non visum, iustus etiam erat paulò antè Casaræ Maieitati, quum illac transiret exhibere, quæ hanc mirandam naturæ compensationem, non absque munificentia, lubens spectauit.

Hoc ipsum illustrauit elegantiss. epigrammate *Ioan. Passinius Medicus & Poëta:*

*Nitra fides! pedibus dextræ facit omnia Thomas;  
Cui natura parens brachia nulla dedit.*

*Namque bibis pedibus, pedibus sua ferula sumit.*

*Voluit, & his libros, parat bis calamos.*

*Quin & litterulis pede tam bene pingere nouit,*

*Artificis superet grammata ducta manu.*

*Maximus hoc Casar, stupuit quondam Æmilianus,*

*Donaque scribenti largus honesta dedit.*

*Omnia nempe potest vigilans industria, quodque*

*Natura ipsa negat, perficit ingenium.*

Similis homo Mancus, videlicet absque brachijs, nostro tempore serè totam Germaniam peruagatus est, qui collo & mento gladium vibare, hastilia aciculari, & alia multa mira dexteritate; & ita certò longa conseruandine, quæ veluti artem trãserat, didicerat vt à proposito scopo raro aut nunquam aberrare solitus sit. Reliqua officia manuum, pedum ministerio supplebat. Verùm cum fuisse impostorem & sceleratum hominem, eius infamis exitus (vt fertur) demonstrauit.

Id quoque alijs nationibus olim rarum visum fuit. Nam vt æferunt historici, inter dona Regum Indiæ Octauio Augusto oblata præter opulentam mercium Indicarum ex auro & gemmis ostentationem, Adolefcens brachijs ad humeros vsque præfectis, qui pedibus omnia manuum officia præstaret, veluti res propter raritatem admiranda, adductus fuit.

Apud nos sanè, inquit *idem*, habemus adhuc Adolentem & Virginem, ex iisdem parentibus & quidem celesti honesto genere prognatos, qui peculiari acmine ingenij, ita præditi. Et licet mutos & surdos eos ambos natura procreauerit, tamen utroque scire legere & scribere elegantissimè nec non & rationes mercatorias computare potest. Vt autem hic ex ntu quæ faciendæ sunt dextræ percipit, & si deest calamus, gestulationibus suas excogitationes exprimit, nec non & in omnibus alex libus, qui apud nos visitati sunt, & non sine accurata ratiocinatione perfici possunt, excellit; ita illa ac, & ingeniosa textura alias puellas facilè superat. Inter cæteras autem mirificas motus, quas illis natura compensauit, memorabile est, quod ex more laborum interdum percipere videntur, quid aliquis loquatur: Vnde videas eos conciones sacras sapissimè frequentare, vt aliquis non absurdè dicere possit, videri inter- nis oculis visu eos haurire quod alij auditu facere solent. Siquidem orationem Dominicam, aliasque piæ preces quando volunt, absque suggestione, aliusve adminiculis scribunt. Euangeliaque fæstis diebus destinata, non secus ac alij memoriæ commendata ita vt expedite ea scribere possint. Quod si in templis salutariter nomen Iesu Christi profertur, hic præ careris in cœtu, detracto capiti pileo, & genu flexo venerabundus cõspicitur.

Prioribus exemplis ex *Ambrosio Pareo* Regis Galliarum primario Chirurgo adiungere volui; vbi ita quendam describit: Pau- cis